

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius Johann Völckner

**Collegii Isaiani Partis III. Disputatio XVII. De Synagoga Iudaeorum Repudiata,
propter Messiam venientem vocantemq[ue] non receptum, Ex toto Cap. L.**

Rostochi[i]: Richelius, 1665

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774774681>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 1665

Varenius, Aug. /d





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774774681/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774774681/phys_0003)

DFG



25

COLLEGII ISAIANI
PARTIS III.
DISPUTATIO XVII.

DE
SYNAGOOGA
JUDÆORUM
REPUDIATA,

propter

MESSIAM venientem vocantemq;
non receptum,
Ex toto Cap. L.

Quam

בְּשָׁבֵךְ וַיֹּהֶן הַמּוֹשִׁיעַ

PRAESIDE

AUGUSTO VARENIO,

SS. Theol. D. & Theologo Professore, Consistorii

item Serenissimorum Ducum Assessore, Collegii

Theol. h. t. Decano & Academie Rectore.

ad Curiam Academicam proponit

JOHANNES VÖLFNER / Rostoch:

Ad d. 15. Julii, hor. à 2. postmerid.

in Auditorio Academicō Mēsōselen.

— :) (o) : —

ROSTOCHI,

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.

ANNO CIC 1665.



1665



ΕΠΙΜΕΤΡΑ.

I.

DEUS non est οὐσιαλόγος injustus.

- (2) Notitia Dei naturalis non est salvifica.
- (3) Dei potentia nullis limitibus est circumscripta.
- (4) Christus in statu exinanitionis profecit scientiam habituali.
- (5) In græco N. T. textu non dantur Solœcismi aut Barbarismi.

*Ad Prastantissimum Doctissimumq;
DN. RESPONDENTEM,*

Amicum dilectum.

Qvæ qvondam fuerint cœli divortia Jhudæ,
 Qvæ læsi fuerint signa tremenda Dei;

Tu, VOLKNERE, dabis, sancto de fonte JESAIE,
 Et studium nobis iugenumq; probans.

Causarum satis est cœlo, divortia signet
 Nebis, signatos projiciatq; domo,

Qvicqvid habet sceleris qvondam gens illa tenemus
 Iratiq; timet, fulmina nemo DEI

Tu, VOLKNERE Dei tuba fac sis clara tonantis
 Ne detur in patrio vasta Sodoma solo.

AUGUSTUS VARENIUS.

Ultimus & Regum, & Chronicorum ritè Prophetæ
Acta docent libri, queis sine fructus abest.
Gratulor ex animo sacros VOLCKNERE labores,
Publica dum cathedræ verba perita dabis.
Nunc Judæorum Synagogas felle repletas
Disicis, & Christi discere facta cupis.
Ille Magister ades si facunda gloria linguae,
Mentem tum linguam tinget amore sui.
Hic tibi discipulo constanti proderit, atque
Mature in studiis fausta benigna dabit.
Seu Speculator ades, seu practica verba resolvis,
Et populo & cathedræ proficias, atque places.

Esa. 50,
v. 4.

In honorem & amorem Pii, & Eruditissimorum Juvenis
VOLCKNERI, amici pl. dilecti, hæc pauca
cum voto omnime dædivinæ & humanæ
salutis, hæc pauca ex animo posuit,

Christianus VVoldenbergius, Cremp. Hols.
Phil. J. U. D. Decretal. P. P. Duc. Consist. Assists,
& p. t. Decanus.

Fata refers gentis Judææ tristia, qvæ sint;
Contra felices nos vocitare juvât.
O qvâm Te verpus caperatâ fronte tuetur
Judæus! nobis sed tua mella placent.

Paucula hæcce, ut testimonium amoris honorisq;
essent, Dn. Volekneros suo adposuit

Johannes Mantzelius,
Rostochiensis.

• () •

Synagoga nullâ MESSIÆ sive malevolentia,
sive impotentia: sed suâ ipsius cœlesti vocatio-
ni rebellis culpâ repudiata

Cap. L. I, 2. 3.

Concl. I.

Protut ipsi MESSIÆ frustratos in Israele labores lamentanti à v. 4. ad 14. ita Sioni de se derelictâ querenti nullaq; domi Confessorum numerosâ sobole conspicuâ promittitur ornamen-
tum ex orbe gentium c. 49. à v. 14. adusque finem. Inde Ze-
lus & murmur Synagogæ non ferentis repudium sui cœlesti, & sei-
psam nihilominus excludentis vitâ cœlesti, prohibentis Evangelium gentibus prædicari, nec tamen sibi prædicatum admittentis,
qualsis Zelus ἐμπρότεροι salutari destitutus à Moze prædictus Deut.
32. 21. à Paulo velut adimpletus in sui temporis Judæis, *Anathema factio* à Jesu Christo agnitus, Rom. 10. 2. 3. in ipsâ praxi Apostolicâ luculentus datur & conspicuus, dum prædicantes Apostoli genti-
bus & Judæorum Proselytis, non infensores sunt hostes experti,
quâm gente Judæos, conferatur in Actis cap. 17. v. 3. 4. 5. 6. 8. 13.
c. 18. 5. 6. Objectio adeò Synagogæ contra sui repudium datur du-
plex Ic. 1. Si sit ipsa repudiata sive in Matre, sive in ipsâ sobole fo-
re culpam, sive in Christo. Non in Synagogâ Matre vel Matri illius sobole. E. in ipso Messia seu Christo. 2. Si in Christo, aut
quod non voluerit, aut quod non potuerit. Respondetur utriq;
1. Si nec ipsi matris Judæorum datus à Deo libellus repudij, nec ipsi Ju-
dæi à Deo velut Debitorum, hostibus velut Dei Creditoribus sunt vendi-
ti: sed & his ipsos suis iniquitatibus vendiderunt, & ipsa Mater A-
postatica Synagoga per Apostasiam, seu defectiones suas sibi ipsi causa
repudij vel divorij cœlestis fuit. E. culpa non in Christo vocante:
sed in ipsâ rebelli cum Filiis Synagogâ Matre. Sed E. conf. v. 1.
cujus hic est analysis. 2. Si venit Christus, imo si veniens Judæos

L I ad pœni-

ad penitentiam magnâ voce vocavit, cœterum: sibi venienti, sibi clamanti nemo præstò fuit, nemo respondit. E. repudium Synagogæ non est imputandum Messia[m] malevolentie. 2. Si in Christo veniente, vñ est verè divina ad redimendum & eripiendum potentissima E. repudium execata Synagogæ non est adscribendum ipsius Messia[m] deminutæ potentiz: Sed E. Antecedens probat admirandis qvibusdam potentiz documentis e. c. in exsiccato mari, redactus in ariditatem pescibus letalem fluminibus, obscurato vel atriatu quas veste involuto calo v. 2. 3. qvæ, licet exempla habuerint in tempore tunc præterito vid. Exod. 14. & 15. Jhos. c. 3. Exod. c. 10. v. 21. 22. 23. tamen, propter ejusdem potentiz in Christo velut Deo infinitam præsentiam extimuntur constanter in tempore futuro scil. 2. אהריך ים. 2. אהרוּת נהרוֹת. 3. אלביש שטִים קְרוּתָה, cuius documenti præsens signum in ipsa morte Domini gloriae crucifixi, ubi pendens in cruce Servator ostendit exercitium potentiz, qvæ describitur v. 3. Induturus sum cœlos atrore: velut cilicium ponam vementum eorum.

Concl. 2. Notamus ad hanc Pharascham Propheticam paucula sequentia (1) duarum illarum interrogativarum v. 1. resolutionem, qvoad cœlestem per libellum repudii dimissionem, non esse affirmativam: sed negativam. Non v. c. Messias dicit: Wo ist der Scheide-Briess euer Mutter/ damit ich sie gelassen habe E. Christus libellum repudij dedit & sic dimisit. Nec. Wo ist einer von meinen Brüderern/ den ich euch verkauft habe. E. Messias Judeos Synagogæ Filios velut debitor creditorib[us] vendidit: sed contra E. non vel (1) ad instar malevoli mariti Synagogam, ob levem qvandam culpam, dato ספר כרזהה i. e. libello excidij, vel consumati divortij velut signo resissi federis divini dimisit & simpliciter repudiavit qvod ut fortissime probet, postulat Synagogam velut repudiatam, datum a se repudii libellum producere, vel, si producere non possit, Deum & Christum absolvere. E. non (2) tam inclementer egit, ut ad instar Debitoris, creditori seu fecundatori Synagogæ, Matri Filios vendiderit. Opponitur huic objectioni Synagogæ vera causarepudij in m. 2. v. 1. tūm respectu Filiorum in Territorio

Territorio (1) scil. non meâ Christi malevolentia vel odio: sed בְּעַנוּוֹתָכֶם נִמְכַרְתָּה tûm respectu Matris dimissa, non ac si Christus ex Zelotypiâ vitiosa dimiserit: sed, prout dicitur interterritorio 2. Ipsis vestrum Filiorum defectionibus dimissa est Mater vestra.

Concl 3. Notamus (2) in m. 1. Mater ante Filios: in 2. Filii ante Matrem. Ratio tûm formalis ex ordine positus Biblici, in quo positis duobus, quod ibi postremum, in seqventi exegesi solet esse primum, tûm realis ex ipso argumento, in quo Mater repudia-
ta ipse cœtus est Judæorum infidelium, unde & ipsi Filii ob suas ini-
quitates dicuntur venditi, & Mater dimissa ob apostasias seu defectiones
Filiorum. Notamus 3. illud זֶלֶת נֵזֶב & vel potius נֵזֶב, cujus Tlischah-

gdola respectus subordinatus datur ad Paschta in פֶּסְחָה, ut sensu-
lit: *Ubi est ille, libellus sc. repudij vel excidij Matris vestre?* seqvitur
nunc שְׁלֹחַת הָרָהָה רְשָׁנָה. Coeterum hic de ipso רְשָׁנָה nobile dubium,
qvorum referendum, an ad Matrem? an ad libellum repudij? Si
1. reddendum: *Wo ist der Scheide-Brief einer Mutter?* nemlich des-
selben Mutter/ so ich gelassen habe? ut sic notetur, non totam Matrem
dimissam seu repudiatam esse: sed solum ex parte. Si 2. Redden-
dum, prout noster Lutherus, & major interpretum numerus. *Der
Scheide-Brief* damit ich sie gelassen habe. Pro 1. facit seqvela affixi
fœminini in שְׁלֹחַת הָרָה ad quod affixum naturalis est relatio רְשָׁנָה,
prout paulò post לְזֶבֶחַ נְוֵשָׁה אֲשֶׁר. Objicitur. E. Deus fatetur
se repudiasse matrem Synagogam. Resp. (1) aut נְאָזֶן אֶת־בְּגָדָיו,
ut reddatur: *Wo ist der Scheide-Brief einer Mutter,* welche ich (aus
meinem Hause/ aus der Christlichen Kirchen verworfen/ oder) gelassen ha-
ben soll? Negat adeo Deus, se tam immodicum fuisse iræ, vel adeo
inclementem, ut ob leves Synagogæ culpas hanc repudiarit, dato
etiam repudii libello. Resp. 2. Aut fatetur se dimissæ: sed non
dato כְּרִיחָה וְכְרִיחָה seu exterminij & rescissi penitus fœderis libello,
qvæ non dabant Mariti, nisi dimittentes, sine spe reversionis,
qvæ post novas repudiatarum nuptias velut abominabilis inter-
dicebatur ex lege Deut. 24. 1. 2. 3.

L 1 2

Concl. 4.

Concl. 4. Notetur 5. pulcherrimum antitheton in m. i. & 2. Non inquit Deus יְהוָה שׁeu dimissi Matrē vestram: & tn. ipsa לֹא כִכְרַת שׁeu dimissa est. Sic: Non ego vendidi vos: sed ipsi נִמְכַרְתֶם i. e. venditi estis vestrā sc. ipsorum culpā. Dubium hinc quomodo negetur Synagoga à Christo repudiata, qvæ certè facta est anathem à Christo, & quomodo non vendita à Deo qvæ tamen vendita? Resp. ex collatione membris 1. & 2. & modi criminalis. Sc. dimissa est, vendita est, propter defectiones & iniquitates proprias, non odio aliquo aut decreto Dei absoluto, vel iniquo. Negatur adeò causa dimissionis & venditionis fuisse Deus: affirmatur talis fuisse corrupta cum Filiis Apostaticis Synagoga. Pro negativā urgetur negatio libelli repudii à Deo dati, & venditio facta à Deo velut debitore, apud creditores. Et sic culpa dimissa venditæq; Synagogæ tota Matris & Filiorum est, nulla Dei.

סֵךְ כְּרוּתֹת שׁeu liber extidij qvo sc. sic uxor dimittetur, ut conjugale fædus rescissum penitus significaretur. Chaldaeus habet אֲגַרְתָּה פְּטוּרִין i. e. Epistolam dimissionum, cum aliâs Rabbinis talis libellus una Syllabâ nominetur טז, Chaldaeus quoque פְּטוּרִין טז Deut. 24. 1. & in Jeremias c. 3. & 8. אֲגַרְתָּה גַּת פְּטוּרִין i. e. Epistola instrumenti dimissory, unde integre libro Talmudico nomen פְּטוּרִין qvod scil. agat de divortiis & repudiorum libellis. Exemplar libelli repudii vide apud Maimon. in מִלְחָמָה וְנִזְבְּחוֹת גְּזִירָה & quomodo ipsum repudii libellū distinguant in (1) שׁeu libellum legitimū. (2) שׁeu illegitimum. 3. טז קְרַבָּה i. e. libellum calvum, pluribus ligamentis, qvam testibus conspicuum scil. justo numero testium destitutum in Milchana, ubi superstitione illius, qvam στληγαγεδία majorum, Mosi expressit, divortii permissionis, supplementa longè plurima, qvale, qvod habetur c. 8. חֹורֶק גַּת לְאַשְׁתָּו וּוְיָתָא כְּתוּךְ בִּיתָּה אֶת בְּתוּךְ חֹרֶק הָרָה וּמְנוּרָה זָרָקָה בְּתוּךְ חֹרֶק אֲפִילוּ חֹנֶה עַמְּדָה בְּמִתְּהָ אֵינָה מְנוּרָה לְהֹרֶךְ חֹיקָה אֵן לְהֹרֶךְ קְלֹחָה הָרָה וּמְנוּרָה sensus est: si Maritus projiciat libellum repudii uxori praesentisive domi, sive in atrio ejus, haberis pro legaliter ejectâ non item

non item, si projiciat illâsibi in lecto accumbente, nisi in sinum, vel calathum, in corbem fusorum, in quem mulieres pensa, neta, fusos, glomos & similia ponunt, in den Spindelorb.

Concl. 6. Notetur 7. Constat ei hoc loco, qvod nullus libellus repudii datus olim fuerit in Republ. Mosaicâ sine repudiatis velut justo repudiationis fundamento destituti peccato. Atque adeò per libellum repudii absolvebatur potius pars repudiata à verâ repudii causâ scil. fornicatione, & designabatur ex odio qvadam iniquo sine justâ repudii causâ dimissa. Et sic Deus se Synagogam repudiasse negat, & affirmanti imponit, ut libellum repudii proferat, vel si proferre non possit nihil odio Dei, & juri a*reprobū* sed suis iniquitatibus ac defectionibus repudium impunitet, & agnoscat se adulteram, non ob levè qvandam causam à Deo velut Marito repudiatam. Judicium inde de Polygamia Patrum, de repudio, de repudij libello sub V. T. Si queratur, an circa legem Matrimonii primitivam de indissolubilitate non nisi i*es*us, qui sunt eis a*προ*p*τε*los, Deus se habuerit dispensative, an permissive? An circa libellū repudii imperative, talem scil. præcipiendo, vel ex hypothesi repudiationis præscribendo? vel saltē dispensando? vel merē permissive? Eqvidem de libello repudii videri poterat concedendum, qvod obli-gaverit ex præcepto Dei hypothetical, ut si qvis omnino repudiaturus esset, ex iniquâ causâ, repudiaret dato libello repudii: nec aliter intellexit magnus noster Luth. legem Deut. 24, 1. reddens: Wenn je-mand ein Weib nitobe und ehelicht sie und sie nichtt Gnade findet für seinen Augen umb ewig einer unlust willen/ so soll er ein Scheide-Brief schreiben/ und ihr in die Hand geben und aus seinem Hause lassen. Et sanè repudiationem per libellum repudii ex præcepto Mosis deduxerunt Phari-sai objicientes Christo Matth. 19, 7. Moses ē*βέλας* seu præcepie dare libellum repudii, & dimittere: ac licet Christus ibidem v. 8. non reassummat verbum ē*βέλας*, qvod est præcepti: sed loco ejus usur-pet vocem ē*πρόσεψη*, qvod est permissionis, qvâ etiam nolentes & invi-tis p*ρέ*p*τε*, prout Moses propter *οὐληγραφία* Judæorum, permittimus minus malum: ut impediamus magis, tamen Servator in v. 8. per-missionem

missionem illam non refert ad libellum repudii, sed ad ipsum actum repudiandi: ἵνεγέψετολύων, non dicitur ἵνεγέψετολύων βιβλίον Διατροφής: & licet Marci 10. 3. contra habeat, ac Christo interroganti quid Moses ἐπειδὴ seu praeceperit in v. 3. responderint Pharisæi, quid sibi Moses ἐπέγειρε, tamen ibidem statim v. 5. subiecit Christus, & agnoverit præceptum seu τὸν ἐπειδὴν γιγαμμένην, et si propter Judæorum σκληρογεδίας. Videri ergo poterat libellum repudii ex hypothesi repudiationis intentæ præceptum, non promovendis seu probandis: sed impediendis repudium accommodatum, ut ne sc. facilè repudiarent Mariti ob quamcumque causam, frānum hoc repudiantibus injectum, qvia dato jam libello repudii constabat absoluta à fornicationis crimine repudiata, qvæ sic facilius invenire poterat novum Maritum, cui semel juncta, licet vel ab hoc iterum repudiata, non poterat redire ad repudiante p̄mum, etiā appetentissimum repudiata, veterisq; flammæ.

Concl. 7. Omnino tamen, qvia libellus repudii appellatus סִפְרַת כְּרִזָּה i. e. libellus excidi, in judicio autem divino non astimatur justè resciſsum fedus conjugale inter repudiantem & repudiatam, εἰ τὸ λόγον μηδέτερον excepto fornicationis casu, qvin judicio Servatoris Matth. 19. 9. Marc. 10. 11. 12. & qui dimittit uxorem nisi ob fornicationem & aliam ducit moechatur, & qui dimissam duxerit moechatur, & ipsa talis mulier nubens alteri moechatur, non appareat, qvomodo decernere Deus potuerit tales libellum excidi seu repudii, cuius pars magna libertas ac jus novarum nuptiarum co ncessum repudiatae, velut à priori Marito abscissa. Præstat ergo de libello repudiij non aliter sentire, qvam de ipso repudio, unde & in loco Matthæi Servator uno simplici responso satisfecit qvæsito Judæorum gemino, & ipsa repudium non nisi permisive Mōi tribuens, & qvidem ob Tyrannidem qvandam Maritorum Judaicorum, ipsum qvoq; libellum repudiū non agnoverit præceptum: sed solū sub Mōse permisum, unde illi ἐπειδὴ Pharisæorum opponit ipse verbum ἐπέγειρε, qvin ipsi in Marco Pharisæi agnoverunt Mōsen solū
permittentem

permittentem libellum abscissionis scribere aquæ ac uxorem dimittere: neque Christus Marci 10. 5. agnoscens mandatum scriptum, agnovit præcisè ipsum repudij libellum esse à Deo mandatum: sed potius integrum legem cuius illi non nisi particulam de libello repudii & ipso repudio allegabant. Ipsa autem Lex Deut. 24. hypothetica, cuius antecedens in v. 1. 2. 3. conseqvens demum in v. 5. Summa legis: Repudiata scil. cum libello repudii scripto, domo prioris Mariti emissa, & deinceps alteri nupta, novello hoc, sive moriente, sive pariter illam dato libello repudiante, redire non potest ad thorum Mariti primò repudiantis, et si vel maximè hic agnoscens veteris vestigia flammæ appetitus erit.

Concl 8. De repudiis ipsis cum Hieron. Lirano, Lombardo, Bonav. Alex. Alens. Thomæ, contra Durandum, Burgensem, Bellarm. Maldon. Lorin. Corn. à Lapide, Sanctum sentimus, repudia Judæorum extra casum fornicationis jure divino interdicta, mala, peccaminosa, causas fornicationum à Legè Mosaicâ certis limitibus circumscripta, & adeò ex se illicita, ad majus malum evitandum merè fuisse permitta, nullà autem dispensatione divina concessa, nedum præcepta. Servator Matth. 19. ubi ex professio agitur de jure repudii, ἐπειδὴ δούλωσας, ex primâ æternaq; utriusque Testamenti lege, quæ est de unomare & una feminâ, qvâ cum essent à d'vo, per conjugium destinant esse duo, & sicut caro una, & de Marito adeò agglutinando uxori suæ & per legem divinam agglutinato, concludens: solvendum non esse in iudicio terrestri, quod Deus ipse conjunxit in iudicio cœlesti, omne repudium, omne divortiū extra unum fornicationis casum injustum proclamat vid. v. 3. ad usq; v. 10. cuius legis abusus, qualis Deut. 24. v. 1. 2. 3. exemplum improbante Deo, sic permittebatur apud ὅλην της χώρας, ut Deus ipse coerceret, ne abuterentur facile, per limitationem, qvæ videantur v. 4. Magis, ipso exemplo hypothetico Deut. 24. 1. abutebantur Pharisæi consultores apud Christum, non attendentes, qvid juris: sed quid corrupti moris, unde illad καὶ τὰς αἵρετα, εἰς ἕκακον, causam, ac si ex quacunq; levissimâ causâ licitum fuisset.

set &

set & permisum repudiare, ita ut utraqve pars alterâ vivente, matrimonium aliud possit contrahere e. c. si deformis, si morola, si rixosa, cum tamen in casu Deuteronomii supponeretur **ערוחה ורבר**
seu facinus quoddam mulieris turpe, commissum quoddam indecorum, infra fornicationis tamen flagitium: Par Consilium Siracidis, sed improbatum **גַּם אֶת כָּל כֵּן** c. 25. 34. **Si non ambulat mulier secundum manum tuam, à carnibus tuis absconde illam dicitur** **אֲלֹת עִזְבָּן** i. e. da illi libellum & dimitte.

Concl. 9. Par ratio Polygamiæ, quam eadem lex damnat quæ repudia talia, dum requirit in sensu diviso non nisi **תְּשִׁבְעָה**, qui in sensu composito sint **תְּשִׁבְעָה מִסְתָּרָה**. Matth. 19, 6. Fuerit ergo absolutè considerata, vel etiâ e. c. in Lamecho peccatum suâ naturâ mortale, et si ratione existentia in quibusdam referendum fuit ad peccatum illud occultum, actu veniale. Nec ad jus polygamie facit magis casus exceptus Deut. 25, vers. 5. de nuptiis Leviri obligati ad ducendum uxorem fratris defuncti, quam ad jus ordinarium ducendi fratriam, quæ tamen nuptiæ, uno illo casu excepto, damnatae Lev. 18, 16. Accedit hypothesis falsa: ambos illos fratres uxoratos fuisse, & adeò Levirum illum tunc quando jubetur ducere glorrem, non fuisse ab uxore liberum, nec tunc primò duxisse: sed jam ductæ superinduxisse, quod ex fontibus primum fuerit probandum. Nec lex Deut. 21, 15. & seqq. probat Digamiam: sed illam jam suppositam & permisam in gente, quoad certum casum limitat, & non obscurè pro primâ ductâ magis quam pro secundâ pronunciat. Neque facta Patrum etiâ sanctorum eximenda sunt à labe & absolvenda. Quæstio non est de foro humano; sed de judicio divino: qualis scil. in hoc fuerit Polygamia, absolutè ex ipsâ essentiâ rei, suppositâ lege, considerata? qualis item ratione existentia in infidelibus & illis, qui scienter & contumaciter in legem primam peccarunt. Sed de his alibi actum prolixius.

Concl. 10. Ex Rabbinis Abrabanel Deum dicit negare se dimisisse Synagogam, **לְכָל־חַדְשָׁת־הַשְׁנִיחָבָה** i. e. per modum abdicatio omnis in ordine ad illam providentia, item **לֹא לְגַמְרֵי** i. e. non absolu-

te: sed

re: sed per modum **כָּנַעֲשֵׂנִים** i.e. justi ulorū seu judicū. Ratio statim sequitur, qvia veniente Christo, imò vocante ad pœnitentiam paucissimi fuerunt, qui responderunt. Convenit hæc querela Christi v. 2. c. 50. cum illā, superiore c. 49. 3. **וְלֹרִיךְ יְגֻעָה** i.e. frusta laboravi. Porrò hæc & sequentia de Christo crucifixo Judæis scandalō, nec agnitus gloriū Domino, in N. T. clarissimè quo ad complementum constant. Nec enim hæc de Synagogā sub corporali captivitate Babylonica: sed posteriore tempore Christi propter Christum venientem & clamantem, sed non auditum exceccatā seu à regno Christi tejectā, surrogatis gentibus esse intelligenda, nexus capitum, antecedentia & consequentia manifestè satie evincunt. Conf. Matth. 21, 41. 42. 43. c. 23. 35. 37. 39.

MESSIAS Rationario Coelestis suæ instructionis,
& officialis functionis in statu Exinanitionis probans pñnes se non fuisse culpam Synagogæ
repudiare.

av. 4. ad v. 10. •

Concl. I.

IN instructione illâ plenariâ primò ponit sapientem & tempestivam eloquentiā, cui dū nihilominus obstiterint Judæi, auresq; obturant, ipsi suæ repudiationis culpa sint: DOMINATOR DOMINUS, dedit mihi linguam eruditorum (ut **לְמִזְרָחָם נֶלֶשׁ** idem sit, quod summae eruditionis, & expeditæ facundiz, qvalis scil. est **בְּנֵי שְׁוֹבִילִים** seu assuetorum peritisimorumq; Oratorum) ut sciam tempestivè eloqui verbum, & qvidem tasso seu scienti, multaq; siti audiendi verbi fatigato. Benè in Miclal Jophi **בְּעֵד** describitur per **נְבָאָת** **עַמּוֹת** i.e. scientem audire verbum Domini, qvalis sitiens David in Psal. 42, 2. qvales illi parvuli Matth. 11, 28. qvib; revelantur mysteria regni cœlorum, qvæ sapientibus absconduntur Conf. Joh. 7, 37. Conferantur de gratiâ eloqvi Messiae, sub cujus labiis mel & lac Psal. 45, 3. Joh. 7, 40.

Concl. 2. Ponit 2 informationem S. Spiritus incessanter continuatam, unde illud: Excitat manem mane i.e. unoquoq; mane, excitat

Mm

inqvam

inquam mihi aurem, ad audiendum, sicut audiuntur Docti vel eruditissimi vid. v. 4. Luth. Er wecket mich alle Morgen/ Er wecket mir das Ohr/ daß ich höre/ wie ein Jünger. Juxta literam: Er wecket alle Morgen/ Er wecket mir das Ohr zu zuhören wie den Gelehrten zugehören wird, Reciprocum conseqvens illius apertiois aurium in ipso Messia est, admissio Spiritus S. indesinenter humanitatem Christi informantia, finere rebellione, vel, qvod rebellionis signum est, faciei retroversione seu abalienatione conf. v. 5. Argumentum hujus informationis constat ex Luc. 9. 31. 1. Petri 1. v. 11. 1. Tim. 3. 16.

Concl. 3. Ponit 3. submissionem & obedientiam in statu exinanitionis absolutissimam, in qvâ (1) ipse Dominus gloriæ corpus omnis plenitudinis Deitatis templum exponit percussoribus 2. malas depilantibus. 3 Faciem contumelias & þuto vid. v. 6. imo 4. componit faciem suam tanquam saxum adamantinum v. 7.

Concl. 4. Ponit 4. Confirmationem in illo passionis statu potentissimam, qvæ est à parte Messiae adjutoriam divinum v. 7. 9. cuius conseqvens exprimitur Messiae contra periculum pudefactionis & condemnationis in judicio divino supremum, invictumq; privilium v. 7. 8. 9. à parte autem hostium, æternum exitium, qvippe qui omnes ut pannus veterasient & gres consumit tinea v. 6. Pulcherima hic & fontibus consonantissima sunt omnia Germanæ nostræ versionis non improbandæ, qvod positum qvater iteratum אָלְמָנָה expresserit per HENR/ HENR vid. v. 4. 5. 7. 8. qvæ pulchre pariter reddidit: Der HENR/ HENR hat mir eine gelehre Zunge gegeben/ daß ich wisse mit den müden zu rechter Zeit zu reden/ v. 4. & v. 6. Ich hielte meinen Rückendar/ denen die mich schlugen/ und meine Wangen die mich rauften. Corpus contradistinctum faciei, utrig male, & expositum percussoribus aptissimè tergo dorsovè convenit, & illi depilantes malas non poterant Germanicè commodius exprimi, cum in radice שַׁׁי ipsi Rabbini notaverint significatum שְׁרֵךְ קִרְחָה leue vulsonempili vel barbae. Tale & illud: Ich habe mein Anwälcht dargeboten/ als einen Rieselfstein v. 7.

Concl. 5. Illud qvod aliquoties legitur de apertione auris v. 4. 5. de apertis Christo auribus peccatorum explicat Chaldæus: unde Christum

ORATIO IV.

271

Num s̄pē tanta sint agmina secura, q̄via illorum aures Deus aperuit.
 Nihil attinet ad ostendendum q̄modo aures & corda credentiū
 eccitate clausa sint per gratiam omnibus credentibus aperienda,
 cu.us in Lydiā exemplum Act. 16. Cœterum illud בְּכָר בְּכָר &
 iteratum יְהִי ad Messiam, & communis rationem Patris, Filii &
 Spiritus S. cœlestem cum humanitate Messiae referendum ro-
 tum illud, docent. Etsi hæc apertura auris Messiae inservire ex con-
 silio Dei gratio debuit apertura aurium internarum mortuorum in
 peccatis Joh. 1, 18. c. 5. 25. c 12, 27. 28/30. Joh. 4, 27. & seqq. Psal. 40,
 7. Hebr. 5, 10. Joh. 4, 34. c. 8. 26. conferatur de mediata apertura
 aurium Christi, & argumento illius Luc. 9, 30. 31. Sed & q̄yomodo
 Christus nec rebellaverit nec à passionibus averterit se, præter ipsam
 passionis historiam constat ex Joh. 19, 56. 1. Pet. 2. 22. 23. Act. 8, 32.
 Philip. 2, 7. 8.

Concl. 6. Q̄yomodo in exinanitionis statu, præprimis au-
 tem in novissimæ passionis actu ad mortem usqve crucis corpus
 exposuerit percussoribus, malas depilantibus, faciem sanctissimam con-
 sumelias & sputo, q̄yomodo adversus omnes ibi à Judæis, & horum
 proceribus sive Judæis sive Romanis illatas injurias obfirmaverit
 seipsum, seu faciem composuerit tanquam saxū adamantinū, luculen-
 ta restatur passionis historia in primis Math. 26, 27. Marci 14. 15. Luc.
 22. 23. Joh. 18. 4. 20. 34. c. 19. 4. 6. ii. & futurus dies Domini pleniū o-
 mnia revelabit, ut mirari subeat hæc ad Prophetam non à Judæo-
 rum solum magistris referri: sed & q̄vibusdam Doctoribus Chri-
 stianorum. Admittimus clarissimam Confessionem R. Abarbinelis
 אין כונת הנביה שבני דורו הוי סכימים אווח לזר וככל מות
 ורוק כי חואת הויא שר וגורה בישראלומי ישלה ידו
 במשיח השם נקח i. e. Non est intentio Prophetæ Isaiae, describe-
 re, se percussionem, depilationem, consumelias, & sputum passum esse à co-
 canteis: erat enim Isaias Princeps magnus in Israel, & quis ait si fuisse
 impune immittere manum in Christum Domini? De solâ ergo accom-
 modatione vel promptitudine patiendi talia ludibria, qvæ alios
 Prophetas c. c. Jeremiam, Amos, Micham sunt concomitata ex-

Mm 2

plicat,

plicat, qyibus se pares animos passuros durissima qvæq; in functio-
ne Propheticā attulerit ad Prophetiam ipse Jesaia, non quod opere
ipso talia fuerit expertus. Subsumimus: Atq; orator ille Ilaianus c.
50, 6. 7. talia ludibria opere ipso est expertus E. non est Isaia. Fal-
sum ergo qvod supponit Rabbinus: נעה בפער כ' i. e. A-
etu ipso tale quid factum non est Omnidò factum est omne illud
& longè plus etiam in Messiâ JESU NAZARENO. Rectius e. alii de
ipso Christo accipiunt qui hic ipse aggrediatur explicare, quid in man-
datis haberet à Patre, aut quid in redēctionis cursu experturus sit
ignominia vel doloris, ita ut qvæ de corpore (per flagellā, clavos, ba-
cillos, lanceam) percusso dicuntur, referantur ad dolores, qvæ de ge-
nis ipsaq; adeò barbā evulsā ad ludibrium & ignominiam. Summa
qvippe ignominia in genis fædatis, aut sive ſuto sive colapho, sive
evulſo pilo velut naturali genarum vētituto violatis, usq; adeò ut
alterius barbam vellere, ponetur in præcipuo dedecore. Con-
stat autem ex hoc loco, Servatorem quoque in formâ servi, non
imberbes habuisse genas, qui adversariis in ipsâ passionē inprimis,
& Palatio Pontificali ac Prætorio Pilati depilandas genas æqvè
cessit, ac tergum percutiendum. Qvomodo *justificatus* fuerit
Christus in judicio Divino, qvomodo ipsius Pilati toties de inno-
centiâ protestantis, qvomodo conversi ad crucem Centurionis
confessoris testimonio, qvomodo vincente & resurgentे Christo
poena fuerit crucifigentium Crucifixi hostium, ut sicut vētimentum
veteraſcerent, & à tineis abſumerentur, ex ipsâ constat historiâ Evan-
gelicâ pariter & Ecclesiasticâ. Notetur triplicatus ille triumfus
Messiæ in DOMINO תְּמִימָן scil. 1. Dominator Dominus auxiliaturus
est mihi: propterea non confundar. v. 7. 2. Dominator Dominus est,
כְּצַדְקָה leu justum me pronuncians. E. quis mecum contendet? v. 8.
3. Dominator Dominus est auxiliator meus, quia me condemnabit? v. 9:
sic Psal. 16, 8. Messias infert: Jebova est a dextra mea. E. non dimo-
bor.

MES.

MESSIAS CURRICULI PASSIONALIS

eventu gloriose paradigmate, pios ad fiduciam & patientiam
provocat v. 10. Infidelibus (Judeis) eternum exi-
tium & signis supplicium denunciat v. II.

Concl. I.

Classis hic gemina datur, in quam tota gens Judæorum distri-
buitur, una pœnitentium, sive jam reverentium Dœum, & obedi-
entium Christo, servo Domini, qui licet variis calamitatibus pressi
in tenebris ambulent, jubentur ut exemplo Christi confidant in nomi-
ne Domini, & innuantur Deo suo. Certi scil. prout magnus Ante-
cessor Christus inter tot ludibriorum ~~παθήσατε~~ confusus non est,
ista nec se confusum iri. Convenit locus, Heb. 12. 2. 3. 4: Illud:
אֲשֶׁר הָלַךְ חִשְׁכֵי תְּנַנְּנָה לוֹ
non ad Christum: sed ad quos-
cunq; pios vel pœnitentes Dei reverentes pertinet, nec imme-
diata referendum ad עַבְדָו. sed advoceς מִ בְּכָם יְרָא יְהוָה.

Concl. 2. Altera impœnitentium & præfractè deficentium
Synagogæ repudiatae Filiorum, sibi ipsis justo Dei judicio ignem
succendentium & flammis quasi subministratis, augentum, qui illis
ipsis judiciis, & novissimis doloribus, in quos suā se culpâ projici-
unt, committuntur. Pulcherrimè noster Lutherus: Sihe ihr alle
die ihr ein Feuer anzündet (und zwar mit Flammen gerüst.) (Non
solum accidentes: sed etiam corroborantes & accingentes
exaggerantes, flamas ignis illius accensi in ira mea, & arsori us-
que ad inferni novissima) Wandelt (immer) hin im Eiehle ewers
Fewers! (2) und in denselben Flammen die ihr angezündet habet. Ven-
mariner Hand wiederfahret euch solches. In (ewigen) Schmerzen müßt
(werdet) ihr liegen. Perpetuum erit incendium vestrum: nemo
vos juvabit, nemio miserebitur. Ide in ignem flammantem, exper-
tur pœnam eterni exitii! Matth. 25. 41. 6. Thes. 1. 8. 9. 10. Prov. 1. à
v. 24. ad finem.

Concl. 3. Qvoad voces, illud שְׂרֵרָה אֱלֹהִים non male Autor Mi-
chal Jophi addit οὐρανοῖς ἡντὶ πῦρ i. e. Accidentes ignem in ira
Mm. 3. Dic

Deut., collato loco Deut. 32. 22 addito solum discrimine significatio-
nis seu quod in loco Deuter. sic עָמֹד פִּישָׁל i. e. verbum stans seu
intransituum, hic autem in Isaia se. פְּעֻלָּה וּצְאָה seu verbum transitu-
um, commendatoq; pulcherrimo parallelismo Jer. 17, 4. ubi De-
us ad Judæos: Ihr habt ein Feuer in meinem Zorn angezündet das e-
wiglich brennen wird. Sed & vocem זִקְוָת qva non nisi his & h. l.
reperitur rectè explicat נִיצְׁזָרָה הַאֲשָׁר & ad voces
סָאוּרִזְׁקָה אֶזְרָחָה addit: שָׁמְרֵי מִזְבֵּחַ אֱלֹהִים בְּעִצִּים
וּבְאַבְנִים שִׁין שְׂיוֹן אָשׁ בְּחוֹק פְּסָלָם בְּחוֹטָם:
*sunt qui exponunt de Idolorum fabrie, quod adeò operosi sint in lignis & lapidibus
ad Idolum elaborandis ut prævebementiæ fabricationis eliciant ex illis i-
gnem. Pulchrè Græcus expressit per καλογένευν Φιλόρε i. e. ex-
asperare flammam, atque adeò plus est accingere flamas, quam accen-
dere ignem, qui tunc demum est accinctus flammis ubi undiq; in
erumpentes non sine periculo circumstantium scintillas flamasq;
excrecit, cuius exemplum in fornace Babylonica septuplo magis quam
solebat accensâ, usque adeò ut ipsos, qui injiciebant Tres Viros in
flammatâ Confessores Theologos interficeret erumpens Scintillatio
Dan. 3. 19. 20. 22. Nec aliud voluit Lutherus: Die ihr ein Feuer an-
zündet mir Flammen gerüst. Convenit præterea pulcherrimè mem-
brum 2. ubi jubentur ire (1) in focum ignis sui. (2) In flamas, quas
succenderunt, & adeò illud אָרֶן אַשְׁכָּן idem quod Asher קְרֹהָת
i. e. ignis quem accendistis (2) illud idem quod יְקֹרֶן בְּעוֹרָתָם
וְיְקֹרֶן אֲשֶׁר אַזְרָחָה i. e. flamas quas accinxisti seu vobis ipsis
(velut thesaurum iræ coacervando in diem iræ & justi judicii Dei)
exasperavisti. Junius & Trem. En vos omnes accidentes ignem circum-
cingentes malleoli, juxta quos hic fuerit elenchus superbitorum Pha-
risæorum, qui in tenebris illis ignorantia & calamitatum, seibi accen-
suros lucem putaverint, & humanas traditiones tanquam malleolos com-
portaverint neglectâ luce verbi Dei & face Evangelii, quibus nunc sen-
tentia ferat Christus obdurationis seu excœcationis & aeternæ damna-
tionis, dicendo: Ite in focum ignis vestri! i. e. cum non acquiescatio
igni sacro, pergit in vestro profano, excavati ad graviorem condemna-
tionem.*

tionem. Applicatio Scopo respectuq; ultimo non abit à superiori, qvæ exit in ignem æternum.

Concl. 4. Mira hic Paraphrasæ Jonathanis prolixitas, qvæ cum non satis videret, qvorum hæc novissima Prophetæ c. 50. tenerent v. 10. repræsentat Deum sic alloquenter omnes populos, & illos ad doctrinam legi & pænitentia vocantem, cui jam subjungit exceptiōnem populorum, qvam præsumit sic formandam ex v. 11. Excipiunt sc. populi se perpetuus bellis seu gladio & flammis, quibus sibi in vicem noceant avocari à studio legis, qvibus jam respondeat Deus in v. 12.
הִנֵּה כָּלכְנוּ מַגְרֵן בְּאֲשֶׁתָּא מַחְקֵּי חֹרֶב אַזְוֵלָה פִּירָלוּ בְּאֲשֶׁתָּא רְגָרְתָּא וּבְחַרְכָּא דְּתַקְפָּתָן
 i. e. Ecce omnes vos immitten-
 tes ignem & tenentes gladium, ite & cadite in ignem, quem immisisti, &
 in gladium, quem tenuisti. Ut sit sensus: Qui gladium flammæsq;
 vobis ipsis paratis, & bella mutuaq; damna pietati præterris, ve-
 stris flammæ, & gladiis, peribitis illo incendio, quod ipsi jam pridem in
 vos ipsos accenditis, conflagraturi estis, & peribitis. Videmus in
 gladiis flammivomos & quasi scintillantes intellectos fuisse
 Chaldeæ. Sensus ferè eodemredit: Peccatores nomini Jehovah
 non confidentes, nec de peccatis penitentes, sibi ipsis materiam in the-
 sauris Dei ob signatam congerere ad furorum exitium, sive ut in igne
 & flammis notetur ignis criminalis, sive ignis ipse infernal is, cujus
 utriusq; flamma copulantur Jacob. 3. 6. Qvia יְהֹוָה passim com-
 pedes designant & damnatis Diabolis æterna vincula, catene, ru-
 dentes, qvibus in Tartareâ caligine reserventur à Petro 2. Ep. c. 2.
 & Iuda v. 6. tribuuntur. proinde non defuerunt, qui tale quid hic
 intellexerunt, ut sint קָדוֹר וְיָמָר qui sibi ipsis compedes, ignea vin-
 cula faciant, in quibus in eternum in gehennâ concludendi sint: sed nec
 defuerunt, qui de igne illo, quo Judeorum metropolis conflagravit sub
 Victoribus Romanis hoc tmema Capitis ultimum intellexerunt, de
 qvibus quid sentiendum constabit ex superioribus.

Concl. 5. Sed qvomodo factum illud Judæis de manu Dei?
 An potius interrogativè legendum: Num de manu meâ factum est
 hoc vobis? i. e. nequaquam de manu meâ. Ipsi vobis yestro jumen-

to ignem

to ignem accendistis. Ipsi ad vestrum ipsorum exitum flammam vobis accinxillis, & mala vobis inflixisti. Ita Sanctius, cuius talis in ultimum hunc capitum versum paraphrasis: Sed ecce verè omnes Iudei vobis axii. am & ruinam astruitis: flammarum enim accenditis, à quâ circumfusum non video, quid sperare possitis prater incendium. Eritis igitur in eterna caligine & flammis, quas vos ipse vestrorum scelerum culices accenditis. Numquid bæc mala quibus estis consumti, aut ignis, cuius flamma circumfundunt vos à manu me sunt? & non postius studio vestro atque operâ in vestram perniciem comparata? In illâ vobis sternetur datus in sempiternum lectulus.

Concl. 6. Non opus sic interpretari, postquam Catholica Ecclesia æque damnat veteres Florinianos docentes: Omnia mala esse à Deo, qvâm Coluthianos afferentes olim: Nulla mala (nec afflictiva, pœnalia) esse à Deo, & inter hos ac illos media incedit. Nec tamen, qvod illi accendant sibi ipsis ignem, & aferent flammas, à DEO est: sed qvod DEUS talen iræ thesaurum sibi hîc recondentes & æternis gehennæ flammis punienda patrantes, justo judicio induret, & finaliter indutatos damnet & dicat: *Ite infocum ignis vestri. Recubate in æternis doloribus!* qui sanè actus Dei judicis est & qvidem potentis animam & corpus perdere in gehennâ maximeq; inde timendi, impisiq; formidandi Matth. 10, 28. Prout majestatis divinæq; adeò manus Christi signum, qvod in novissimo die dicere possit: *Discedite maledicti in ignem æternum, ad qvod tonitru statim abibunt execrati in supplicium æternum* vid. Matth. 25, 46. claudit adeò Epiphonemate tristis Propheta: *In æterno dolore incepit conf.* Luc. 13, 28. Et sic desinit Oratio IV. quam duobus capitibus contentam sc. c. 49. & 50. in 10. sectiunculas supra distinximus, & argumenta singularum expressimus. Ita Synagoga, in qvâ laborans Christus clamavit. *Frustra laboravi, vanè maniter, vires meas insuvi majorum parte facta anathemâ à Christo, projicitur in tenebras exteriores ubi fletus est & stridor dentium.*







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774774681/phys_0028](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774774681/phys_0028)

DFG

ORATI
tionem. Applicatio Scopo respectuq;
ti, qvæ exit in ignem æternum.

Concl. 4. Mira hic Paraphrastæ J
cum non satis videret, qvorum hæc no
derent v. 10. repræsentat Deum sic alloque
ad doctrinam legū & pænitentia vocantem,
onem populorum, qvam præsumit sic for
sc. populi se perpetuis bellis seu gladio & fla
ceant avocari à studio legis, qvibus jan

תְּהִזְמָנָה מִרְכָּבָה חֲרַפְיָה וְחַרְבָּה אֶזְרָחָה פִּירָן
בְּאַשְׁתָּא גְּרוֹתָן וּבְחַרְבָּה דְּתַקְפָּתָן
tes ignem & tenentes gladium, ite & cadite
in gladium, quem tenuistis. Ut sit sensus
vobis ipsis paratis, & bella mutuas; d
istris flammis, & gladiis, peribitis illo ince
vos ipsos accenditis, conflagraturi estis,
וְזַקְוָתָה gladios flammivomos & quasi scin
Chaldeo. Sensus ferè eodemredit:
non confidentes, nec de peccatis pænitentes
sauris Dei obsignatam congerere ad fururu
& flammis notetur ignis criminalis, sive
utriusq; flamma copulatnr Jacob. 3. 6.
pedes designant & damnatis Diabolis a
dentes, qvibus in Tartareā caligine resle
& Iuda v. 6. tribuuntur, proinde non
intellexerunt, ut sint כָּנָרָיו וּקְרָנוֹ
cula faciant, in quibus in eternum in geben
defuerunt, qvi de igne illo, qvo Judeorum
Victoribus Romanis hoc tñema Capitis u
qvibus qvid sentendum constabit ex su

Concl. 5. Sed qvomodo factum il
An potius interrogativè legendum: N
hoc vobis? i. e. nequaquam de manu mæ.

275
it à superio-

olixitas, qvi
etæ c. 50. ten
bulos, & illor
ingit excepti
ii. Excipiunt
ii invicem no
Deus in v. II.
הָא כּוֹלֵ
pos immitten
immisstis, &
n flammæsq;
raefertis, ve
ampridem in
Videmus in
ectos fuisse
mini Jeboval
eriam in the
ve ut in igne
rnalis, cujus
passim com
catena, ru
ro 2. Ep. c. 2.
tale qvid hic
es, ignea vin
sint: sed nec
flagavit sub
exerunt, de

manu Dei?
a fallum est
stro jumen
to ignem




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 032